

Mythologia, Venise, 1567 - X [73] : De Ixione

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[73\] : De Ixione](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 16 : De Ixione](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[73\] : D'Ixion](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[73\] : D'Ixion](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - X [73] : De Ixione, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 28/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1016>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 299r°-299v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Ixion](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

De Argos & Capra califili.

TANTO PER B. gratam esse Diis omnem mortalium beneficentiam demonstrabant antiqui, ut louem vel Capram inter sydera collocaisse memorerarent, quod sibi lac præbuerit; & nauim Argon, quia tot heroas incolumes in patriam reuixerit. hanc consilio Palladis factam fuisse inquiunt, ut per hoc significarent omnem beneficentiam, quæ quidem cum ratione suscipitur, gratam esse Diis immortalibus, maximeq; laudabilem; quamvis illa etiam quæ fortuito, aut potius naturæ ductu, quam iudicio sit, non sit reprehendenda.

De Niobe.

CVM per superiora exempla ad beneficentiam & ad liberalitatem nos antiqui adhortarentur, nonnullas postea fabulas inuenierunt, quibus arrogans & temeritas, & superbia deprimerebant, quo ex quo animo omnes fortunæ vicissitudines perferremus. Nam cum nonnullis ob felicitatem amicorum contemptus, & acceptorum à Diis obliuio, & Deorum ipsorum despiciencia in animo oriatur; tunc proxima est Dei vindicta, quæ omnia vel felicissima uno die potest labefactare. Hanc temeritatem depremitentes antiqui, omnemque humanæ felicitatis inconstitutiam ante oculos proponentes, Nioben abundantem rebus omnibus felicissime eodem die, & iisdem earentem rursus introducerunt, quoniam vel Deos iplos irrisseret. Sic Thamyris cum nimis fauisset arrogans ob poëticæ facultatis peritiam cum Musis certate ausus, satiis ingentes sue temeritatis penas dedit. Non enim cœuenit rebus aduersis nimis tristari, aut prosperis nimis animo extolliri, cum rebus omnibus adhibēda sit moderatio, quia nihil boni habemus, nisi à Deo. Ille enim depositus potentes de fede, & excitauit humiles. Sic nō leue supplicium passus est Marsya, quia vel cum ipso Deo, à quo canēdi artem acceperat, de causa contendere ausus fuit. Sic Arachne etiam fertur in bestiam mutata, quia sua fuisse cum illa Dea, à qua didicerat texendi artificium, de artificio contendere.

De Ixione.

TV M. rursus ad animorum nostrorum tranquillitatem multa fuerunt figmenta ab antiquis sapientibus prudenter excogitata. Non enim solam crudelitatem, & inanem gloriam ob felicitatem præsentē reprehēderunt, hominesq; ad liberalitatem adhortati sunt, sed etiam ad expellendam ex animis nostris ambitionem & inuidiam, qui acutissimi sunt & infestissimi animorum nostrorum stimuli, & ad reprimendam libidinem, dixerunt Ixionem ob optatum adulterium de celo fuisse ad inferos deiectum, quod nonnulli ad historiam recorserunt. At verò quod fuerit rox alligatus, à qua perpetuo circumfertetur illud certè ad historiam referri non potest. Cum enim ex aulica familia Regis eius, cuius uxorem construprare tentauit, excidisset, Ixion, factus est omnium hominum miserrimus; quia perpetua ambitione & inuidia discurcibatur. Nam qui gloria inani, tanquam imagine virtutis capiuntur, illi nihil sycerum, nihilq; laudabile faciunt, sed multa illegitima & abiar.

Mythologiae

& absurdia agant necesse est, multisque cupiditatibus, & omnibus animorum affectibus obsequantur. Neque vero ob hos motus animi tantum haec tradita sunt in fabulis, ut ab iis absclineamus, sed etiam ut demonstraretur quod nullus status illorum est diuturnus, qui ob illegitimas artes ad honorum apicemque glorie concenterunt. Nullus enim honor nisi per virtutem tenari potest.

De Sifphie.

DE INDE ad deprimentam loquacitatem omnis improbitatis vindictam Deum esse dixerunt, qui solet in illos etiam animaduertere, qui fidem non seruarunt iis magistratibus ac Regibus, a quibus dignitates accepérunt: non enim conuenit res a canas principum in vulgo proficer. Neque tamē minus hoc ad illos pertinet, qui magistratus & honores expetunt cum summa animi contentione, & tamen sepius repulsam patiuntur, qui per hāc fabulā admonebantur nihil esse humano generi calamitosius ambitione. Poterat tamen ad omnia humanæ vitæ studia istud ipsum transferri, quod vbi illa, quæ prius admirabatur, aliquis consecutus fuerit: cum eius rei peregrinus alterius cupiditate capitur.

De Tantalo.

RE VOCANTVR præterea ab avaritia mortales per fabulam Tantali, cum opulentí propter diuitias dici filii Iouis consueuerint. Idem condemnati sunt apud inferos siti perpetuæ, cum nulla sit vel in maxima diuinarum copia satietas: quippe cum illarum etiam desiderium una cum ipsa copia excrescat.

De Tityo.

S I quis vel viribus corporis, vel nobilitate generis, vel humanis viribus fretus æquitatem, reliquaque virtutes neglexerit, ille poterit Tityi suppicio ab omni turpitudine deterri, cum neque tantum quidem corpus, tantaque proceritas ipsum Tityum protegere a diuina vindicta potuerit. Fuerunt tamen nonnulli qui Tityi fabulam ad segetum naturam retraxerint, ut suo loco dictum fuit.

De Titanibus.

TITANVM fabula non quidem ad mores componendos, sed ad naturæ negotia explicanda, conficta est: qui dicti sunt aduersus Iouem arma cepisse, & rursus ab eo fuisse in tartarum deiecti, quia naturalia corpora corruptioni obnoxia videntur quidem sempiternis illis coelestibus corporibus se velle æquiparare, cum tamen ad interitum cito prolabantur; quāvis singulæ formæ animantium sint sempiternæ. Has igitur formas sive Titanes patres hominum ac Deorum, & omnium animantium fontem appellantur. Quidam solem Titana putarunt esse, alii crassiora elementa, quæ ob suam materiam inferius detruduntur à vi superna.

De